Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



carnis mee angelus sathane qui me colafizet. Propter quod
ter dominum rogaui ut discederet a me. et dixit mihi dominus. Sufficit tibi
gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Lectio tercia.

Exaudiuit dominus eum quem disponebat damp
nare. et non exaudiuit eum quem uolebat sana
re. Nam et eger multa petit a medico. Non dat medicus
non exaudit ad uoluntatem. ut exaudiat ~~ad uoluntatem~~
ad sanitatem. Ergo medicum tuum pone dominum. pete ab
illo salutem. Et salus tua ipse erit. Ad benedictus ant.

Qui biberit aquam quam ego do dicit dominus samaritane fiet in eo
fons aque salientis in uitam eternam. Collecta.

Ieiunia nostra quesumus domine benigno fauore prosequere ut si
cut ab alimentis in corpore ita a uitiis ieiunemus in mente.
R. Ad magnificat. ant. Aquam quam ego dedero qui biberit ex ea non sitiet.

Pro quesumus omnipotens deus ut. Collecta. Cultra
qui in protectione tua confidimus cuncta nobis aduer
santia te adiuuante uincamus. P. Sabbato. lectio prima.

Pete a domino salutem et salus tua ipse erit. Non quasi salu
tem ipse det extrinsecus. sed ut salus ipse sit. ne rursus
uel curiosius ames aliam salutem preter ipsum. Sed quomodo
habes in psalmo. dic anime mee salus tua ego sum. Quid
ad te quid tibi dicat. ut se tibi det. ut det se tibi uis. Quod si quod
uis habere non uult. ipse ut habeas ut se tibi det. Impedimenta
mouet ut intret ad te. Lectio secunda.

Bona cogitate et considerate fratres. que deus dat peccatoribus
et hinc intelligite quid seruet seruis suis. Pecca
toribus blasphemantibus eum cottidie dat celum et ter
ram. dant fontes fructus. salutem filios copias uber
tatum. hec omnia dona non dat nisi deus. Qui talia peccatoribus